

Kreis
Paderborn

8.133 n. 164

1331 Januar 10. 1333

[11]

Nos Wernherus de Volmestene Dei gratia prepositus ecclesie Paderbornensis universis presentem literam inspecturis notum facimus, quod domini honorandi Goschalcus decanus et capitulum ecclesie predictae curiam dictam Bolekenhof sitam byme Tyge in Paderborn a nobis feodi tytulo descendente a Georio milite dicto Boleken et Willikino de Scurlemer eius socero et ab eorum heredibus, qui curiam illam a nobis tamquam confedi domino tenebant, iuste empcionis tytulo cum suis pertinenciis comparassent. Nos ut eadem curia et eius feodum de manu laycali ad usus ecclesiasticos perveniret, universum ius tam infeodacionis tam proprietatis quam possessionis, quod nobis in eadem curia competeat, ad capitulum nostrum predictum et ad eius usus transferimus, recognoscentes predictum nostrum capitulum in dicta curia ius plenum et perpetuum obtinere, nullumque ius conferendi seu infeodandi dictam curiam apud nos et nostros successores de cetero remanere, utilius reputantes fructus et iura huiusmodi curie capitulo nostro tam quam ministris Deo servientibus applicari, quam a manibus laycorum profanis inutiliter occupari. Quia vero bona et iura prepositure Paderbornensis et capituli tanquam unius corporis indivisa existunt, quam pocius sibi mutuo coherent, idcirco presentem contractum de consensu capituli factum per appositionem sigillorum nostri et capituli predicti duximus roborandum. Testes huic facto presentes aderant: Ludolf decanus, Arnoldus celerarius et Lyborius canonicus in Bostorp; Hermannus de Herse, Henricus Bolemast milites et Wilhardus de Drevere ac plures alii fide digni. Datum feria quinta post Epyphaniam Domini anno eiusdem Millo. CCC^{mo} trecesimo primo.

Siegel des Propstes erhalten; 2 andere ab.

Druck ohne Zeugen: Krumbholz, H.-B. der Familie von Bolmerstein Nr. 341 nach Orig. St.-U. Münster. Fürst. Paderborn 568.

1331 Januar 10.

[96]

Dompropst Wernherus von Volmestein über den Bolekenhof. — S. v. S. 131, Nr. 11.

I, 51 sq.